

est, inquam, hanc secundam, ut vocant, tabulam adhibere, per quam, prima gratia amissa, denuo ex naufragio enatemus. Sufficit enim homini baptizato sanguis Christi una cum poenitentia, atque memoria baptismi.

39. *An probandus sit baptismus conditionalis, quem vocant: Si baptizatus non es, ego te baptizo?* Non est probandus: quia caret exemplo Scripturae, & formulam baptismi mutat, & promissionem diuinam non obsignat, sed ambiguam reddit.

40. *Quid vero factu est opus in eiusmodi casu?* Id patet ex Canone Concilij Carthaginensis, quo sancitur, huiusmodi homines absque vilo scrupulo esse baptizandos: quia iteratum dici non potest, quod nescitur factum.

CAPVT XL.

De Cæna Domini.

I.

Quale sacramentum sit Cæna Domini? Spirituales nutritionis; ubi Christus passus, in cibum potumque Spiritualem, offertur & confertur credentibus. In paucis his verbis tria sunt notanda. In nutritione
requisi-

Qu
quintur
anis & vi
alis: in co
2. Aq
Circa cau
unt adno
administ
institutio
storia eua
in prima
fuit, & eff
debet cog
nostra in
partim ip
hoc est, l
confert fid
gnum off
3. Cur
lebrauerit
lam subst
4. Cu
scipulis,
Quia non
bat, sed e
lis praire
denique
peccator
nos oport
quod ve
pellauerit